

olim Theologi Rostochiensis D. Henrici Mülleri in der Evangelischen<sup>66</sup>  
Schlußf. fol. 307. Daß ob sie (die Juden) das Wort Gottes<sup>66</sup>  
gleich hätten verstehen wollen/ doch nicht verstehen konnten/NB.<sup>66</sup>  
ohne Erleuchtung des Heil. Geistes. fol. 308. Die Krafft des<sup>66</sup>  
Worts nimmt bey dem abe / der sein nicht achtet 2c. fol. 298.<sup>66</sup>  
Ergo hi Theologi calvinizarunt? Qvod vero attinet argumentum Nien-<sup>66</sup>  
ckii, Major demum vera erit sub hac limitatione Subjecti: “

Qvicumq; negant, Deum verbi prædicatione salutem Induratorum in-  
tendere (ex absoluto Decreto & secundum voluntatem an-  
tecedentem) illi Calvinizant:

Sic Minor est falsissima, dum nos neq; Dei absolutum Decretum statuimus,  
neq; voluntatem DEi antecedentem particularem asserimus. Sed si ex pru-  
ritu rixandi instare vellet Niehenckius; nos etiam eo ipso calvinizare, quod  
doceamus, Deum ex consequente Voluntate judicaria Induratorum totaliter  
& finaliter talium non amplius intendere s. velle salutem; iterum Theolo-  
gos orthodoxos faceret Calvinizantes: ut Meisnerum in Anthropol.  
Disp. XII. Quest. I. §. XIV. scribentem: Ideoq; nulla vel est absurditas,<sup>66</sup>  
vel contradictio; si pariter dicamus; DEum velle  $\pi\epsilon\gamma\eta\gamma\mu\epsilon\nu\omega\varsigma$  omnium<sup>66</sup>  
salutem, si media gratiæ non contemserit; NB Velle autem  $\epsilon\pi\omicron\mu\epsilon\nu\omega\varsigma$  ipso-<sup>66</sup>  
rum perniciem & damnationem, quando Spiritui S. resistunt, & confi-<sup>66</sup>  
lium DEi avdversus semetipsos adspernunt: B. Affelmannum in Syntagm.<sup>66</sup>  
P. II. p. 275. Ubi nunc NB. intempestivus zelus eorum, qvicanè & an-<sup>66</sup>  
gve pejus phrasin istam oderunt: DEum qvorundam interitum velle,<sup>66</sup>  
divino beneplacito reprobos damnari? Quasi ea non latis in ipsis sacris<sup>66</sup>  
Tabulis expressa sit &c. Prov. I, 26. 1 Sam. II, 25. D. Job. Georg. Sig-  
wartum, qui in Admonitione sua Christiana de Irenico Parei p. m.  
448. ita differit: Voluit quidem DEus voluntate antecedente eos ista facere  
& salvos fieri; Sed ob contemptum mediorum voluntate sua consequen-<sup>66</sup>  
te, actu non vult salvos facere seu salvare, quamdiu tales sunt.<sup>66</sup>  
Nam in antecedente Voluntate consideratus ordo salutis, ut<sup>66</sup>  
a DEO est propositus omnibus & singulis hominibus: In con-<sup>66</sup>  
sequente vero voluntate consideratur idem ordo, non præcipue<sup>66</sup>  
ut a DEO propositus, sed ut ab hominibus usurpatus. Hanc voluntatis<sup>66</sup>  
Dei antecedentis & consequentis distinctionem locupletissime adprobat Pa-  
rabola Christi de Cœna magna &c. Istos attende Niehenckii ac te prius  
melius informari patiaris ab orthodoxis Theologis, quam talia effutias.

Secun-